Aurea ſęcla modo redeunt, Aſtræaq; virgo
Luſtratur terras, orbi ſolatia voluens,
Belgarum & regnis, mirandum en numinis omen
Excelſi, Auguſto cum ſponſo tam Inclita Sponſa
Regalis ſelecta thori conſortia nectit.
Talia felices populi, queis ſæcla fauebunt,
Viſuri exoptata noui primordia mundi,
Sceptrigerum heroum late creſcentia regna,
Et quod coniugium non amplius orbis habebit,
Temperiemq; nouam coeli, terræq;, mariſq;.
Iupiter alter enim terris erit altera Iuno,
Sponte quibus cedant diuturni prælia martis,
Aurea ſponte quibus ſint obuia foedera pacis,
Belga quibus nunc vltro iugum, trux antea reddat
Effera queis quondam, at mox Anglia mitior agno,
Læta celebrando concordi ſæcula plauſu,
Larga trophæa paret tandem victoribus æquis
Annuat ergo Ioui nunc Regia Iuno potenti,

15,439

Archives nationales de Luxembourg (ANLux), SHL-Abt15-0439
PUBLIC DOMAIN

Imperij quem ſceptra ſacri faſcesꝗ, ſequentur
Magnorum Archiducum, magnorumꝗ, inſtar Auorum
Patria qui poſſit cautus defendere Iura,
Et regere inuictus patrijs virtutibus orbem,
Relliquię vos ambo pares, ſuperumꝗ, propago
Ite modo, paribus fatorum numine vinclis
Iuncti, non deſit vobis creſcentibus annis
Spes gratæ ſobolis, felix numerusue nepotum
Protinus ite modo ſparſos reuocare clientes,
Electi quando pandent abſcondita Diui
Secreta, æquali nutu regnabitis orbem.

Humill: obſequior. Ergo

Theodorus a Glauca
in Naundorf. Germ: f.

# EPITHALAMIUM

DIVIS ALBERTO AUSTR. ARCHIDUCI ET ISABELLÆ HISP. INFANTI, SPONSIS FELISSIMIS DICATUM

Don de Mr Jost
propriétaire rentier
à Luxembourg
1865